



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

114 Adiutor, & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

te supplex auxilium, & confirmationem *moda ex*  
 expetam: vitam hanc paleis, & zizanijs *peccato-*  
 intermistam deplorans grauate feram: ad *ribus.*  
 mundiorem, & quietiorem aspirem, & su-  
 spirem: pro his gemebundus ad te preces  
 effundam, si quo modo des eis spiritum  
 poenitentiae, vt a vanitate ad veritatem tra-  
 seant: & tenebras exuentes luce tua vesti-  
 tur: & cetera cum odio proijcientes, tibi  
 vni toto pectore adhæreant. Ita sanè illos  
 odio habui, & legem tuam dilexi, quæ, vt  
 mihi odij erga iniquitatem causa est, ita &  
 compassionis erga iniquos, & amoris erga  
 te mihi incentiuum fuit.

114 Adiuutor, & susceptor meus es tu:  
 & in verbum tuum supersperaui.

**I**N Hebræo significantius, pro adiutore,  
 latibulum: pro susceptore clypeus, vel  
 scutum. Quibus vocibus significatur, non  
 quocūque modo te esse adiutorem meum,  
 sed intra viscera misericordiae, quasi intra  
 latibulum abscondendo. Quid timeat, qui  
 intra te latitat? quis inimicus in hoc lati-  
 bulum perrumpat. Clypeus à circumdan-  
 do, & sepiendo, atque concludendo voca-  
 tur. O susceptorem non qualemcunque,  
 sed scutum protegens, atque circumdans.  
 Iaculetur sagittas ignitas, qui sagittat in  
 obscuro, sub hoc clypeo tutus sum. *Psal. 10.*  
 Vti-  
 nam ab eius velamento nunquam rece-  
 dam,

Deus Ta-  
 sto lati-  
 bulum.

Et cly-  
 peus.

*Psal. 10.*



dam, & vulnera non formido. Hanc autem mihi protectionem non arroganter vsurpo sed quoniam verbum tuum, & promissio tua sperare me facit.

**Supersperare** significat Primò bene fundatam spem. *Psal. 145.* Sed quid est supersperari, ἐπὶ ἄλλοις? vehementer sperari: firma basi subnixus sperari. Spes enim, qui in homine ponitur, fallax, & vana est. Nesciunt, nolunt, nequeunt me iuuare. Exhibet spiritus Principis, & reuertetur in terram suam. Quam malè innititur, qui innititur super eo: Tu autem Domine, si tibi innitatur sustinens te, in te sperans, non sustinebo mendacem; non eum, qui falli possit; non eum, qui non sit inuenturus, quod det. Nec falli potes, nec fallere, non magis, quam egere vt dare non possis. Ideò in verbo tuo non solum sperari, sed supersperari.

**Secundò,** Super sperare autem eius est, qui semper addit ad sperandum: &, cum sperauit aliquid, iterum sperat, & spe proficit, extendens se semper ad superiora, & ea quæ præterijt obliuiscens.

**Tertiò,** spe supra humana. Super sperari etiam, quia plusquam humana fiducia sperari, sed in te, in quo solo superspes est.

**Quartò,** res superiores. Nec vulgaria, aut temporalia à te sperari, sed superiora, caelestia, & æterna, ideò supersperari.

**Quintò,** etiã contra spem. Super sperari etiam, quia memini dictum à Spiritu tuo; vt, qui tribulationem  
super



super tribulationem expectat ( quibus cor- *Isai. 28.*  
ripis, purgas, sanctificas ) ipsi etiam spem *secundum*  
super spem praestolentur. Spes enim non *Sep: uag.*  
confundit: ideo supersperaui. *Rem. 5.*

115 Declinate à me maligni, & scruta-  
bor mandata Dei mei.

**M**ALI, & peruersi homines siue cum Iniqui  
premunt, siue cum honorant, & ob- bonis im-  
sequuntur, mirum quantopere à lege Dei pedimen-  
auocent: quae non nisi in tranquillitate to.  
cordis, & sancto otio discitur. Quare Sa-  
piens monet sapientiam discendam in *Eccl. 38.*  
otio. Ideo, ut legem Dei perscrutari va-  
leam, iniquos à me declinare, & recedere  
iubeo. Nocent premendo, nocent exem-  
plo, nocent occupando. Declinate à me, *Maximè*  
& scrutabor. Sed, cum omnes maligni im- *demones.*  
pediant, illi praeter ceteris intelligendi sunt,  
qui priuilegio malignitatis Maligni spiri-  
tus vocantur: illi praeter ceteris impediunt, &  
praeter ceteris arcendi, qui mille modis ab  
omni quidem bono, vel opere, vel cogita-  
tu nos impedire satagunt, sed praecipue à  
studio Scripturarum sanctarum, & à lege *Prou. 11.*  
Dei meditanda. Malignus ( inquit Scri- *secundum*  
ptura ) nocet cum se commiscuerit Iusto: *Septuag.*  
odit autem sonum tutelae. Nocet quippe  
commiscendo se Sanctis, id est, suas conce-  
ptiones, & perturbationes ingerens, quas  
quia à sanctis meditationibus Scripturarū  
nouit